



## Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria V. Cinerum. 2. Charitas est regina virtutum, atque ideo eandem exemplo Centurionis proximo nostro, præcipuè verò infirmis exhibere debemus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

deprehen nunguam pallificabis. Ut ater inferni  
corvus diabolus per tentationes suas peccata  
nos generet, sancta Mater Ecclesia cineres  
adhibet, non vitii, sed massæ nostræ, non mi-  
nus fragilis, quam vitii: Diabolus per tentatio-  
nem quæ nisi ficitur. sistum corvum impedit  
ostentus, accipiamus cineres vitii, vitium au-  
tem, quod est fragile, est caro nostra, inquit  
Scriptor quidam Rup. Holcor in Sap. lect.  
17. c. 10. l. 16. sic C.

28. Inventa est à nonnullis ars lacte in  
charta candida scribendi literas, quæ quia  
non apparebant, cæcæ literæ vocabantur (ur  
refert Plinius libro 16. histor. cap. 8.) ut au-  
tem si quilibet esset eorum lectio, & cæcorum  
characterum perciperetur contentum, cineres  
deliquet aspergebant, eorumque virtute ap-  
parebat litteræ: Narrans de lacte ejus in scripta  
charta cum inaruerit, si cinis aspergatur, appa-  
ret litteræ. O quam difficilis est humanæ  
intelligentiæ cognitio sui ipsius? Visne scire,  
quodnam sit hominis contentum, & quid-  
nam per characteres suos significet? permite  
Sacerdoti, ut literam frontis tuæ cineribus  
consperserit, sic enim scripturam hanc legere  
facillime poteris: Memento homo quia pulvis  
es, & in pulverem reverteris.

29. Philolophum quendam de rebus natu-  
ralibus ingeniosè discutentem, homo qui-  
dam lepidus lignum quoddam manu sua te-  
nens, per joerem, quantum fumus ex ligno ist-  
hoc, si accenderetur, egredi possit, interroga-  
vit? Respondit Philolophus, combusto lig-  
no, pondera cineres, quod deficit, in fumum  
abijt: Expende cineres: Quod si scire desideres,  
quantus fumus aut fama tua post mortem  
tuam in terris apud posteros mansura sit, Ex-

pende cineres, pondera cineres istos, qui sunt  
vitæ tuæ reliquæ, & recordare, quod pulvis  
es, & in pulverem reverteris.

30. Polus vir tota Græcia famosus, com-  
ædij Athenis representandam recitaturus,  
cum perionam ageret Electræ, ob miserias  
suas ad plorandum confititæ, ut planctum  
hunc naturaliter exprimeret, clam sibi unam  
cineres sibi continentem, adduci fecit; quos  
considerans, à steru sibi temperare non por-  
uit: Polus iugubri habitu Electræ induitur, urnam  
à sepulchro tulit filii, doloremque animi nat-  
uraliter expressit, luctu atque lamenis veris  
& spirantibus, inquit Aulus Gellius: Exhor-  
tatur nos Deus noster per Prophetam Joë-  
lem, ut per veram conversionem culpas no-  
stras depleamus: Convertimini ad me in flu-  
su & planctu; quod ut facilius à nobis fieri  
possit, Ecclesia cineres nobis monstrat,  
& ob oculos ponit, dicens: Memento homo  
quia pulvis es, & in pulverem reverteris.

31. Hannibal interrogatus, quando vigen-  
tes inter Carthaginenses & Romanos discor-  
diæ terminandæ essent, aliud responsum non  
dedit, quam quod pede terram concutens,  
pulverem in aëra excitavit, quasi diceret: Nun-  
quam terminabuntur, nisi donec una factio-  
num illarum in pulverem abierit. Tu quoque  
dic mihi, quando finicndæ sint, quæ inter te  
& Deum ob peccata commissa vertuntur ho-  
stiles inimicitia? Num forte in mortem, quæ in  
pulverem te convertat, præstolaris? Recor-  
dare obsecro, quod tempus volet, quod vita  
brevis sit, quod denique mors ab impreviso  
te abripiet: Observa inquam monitum  
istud, & vade in  
pacc.

Apophe.  
Græc.

Aul. Gell.  
lib 7. fol.  
207.

Joël. 2.

Apud Ra-  
phælem  
de Columb  
in Domin.  
2. Quadr.  
fol. 58.

Handwritten notes in red ink on the right page, including the word 'X' and some illegible text.

SERMO SECVNDVS.  
FERIA QVINTA  
CINERV M.

Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur, Matth. cap. 8.  
17 CUM

I. CUM totius universi Creator hominem in Campo Damasceno ex luto formaverit, eique proinde nomen Adami imposuerit, id est, hominis compositi ex illa terra, quae Adam appellatur. ut S. Gregorius Papa refert, dicens: *Adam, qui primus est conditus, Latino sermone Terra rubra nominatur, id quod Sacer Chronista Moyses quoque confirmat, dicens: Formavit Deus hominem de limo terrae; mirum est, cur Mater nostra Ecclesia heri capita nostra sacerdotali manu cinere conspererit, nobis per hanc ceremoniam in memoriam revocans, ex cineribus esse compositos? Præterea, cum primum esse hominis, suam ab ultimo esse ignis originem non trahat, quæ ratione igitur cinis dici poterit, qui aliam præterquam flammam ignis genitricem ignorat? Denique quid Philotephi dicent, si effectum quandam sine causa sua determinata generante & producente viderint generatum? Ac proinde quis scit, an mens S. Ecclesie non sit exprobrare nobis, quod veluti cinis in virtutum operibus exercendis steriles simus, dum eos non videmus producere illius meriti fructus, qui verum semen sunt cælestis gloriæ: vel etiam indicare nobis velit, quod non obstante, quod virentem floridæ juventutis vivamus ætatem, adeo nihilominus fragiles simus, ut vel unicus mortis afflatus sufficiens sit, qui nos in quandam cineris massam transformare possit, & priusquam in cinis inficiamur, jam de facto in cineribus jaceamus sepulchri, *fos cinis?* vel quia Deus vult, ut agnoscamus, quod suscitatus in cordibus nostris concupiscentiæ ignis, suis nos ardoribus adeo devorat & consumit, ut tandem in cineres redacti, reperiamur flammarum suarum esse reliquias, nostrarumque propriarum miseriarum trophæum: *Et erunt populi quasi de incendio cinis*, ait Isai. Aut voluit, ut ad sapientissimi Israelitæ populi imitationem calamitarum phalangibus coacti, culpamque exercitu oblecti & oppressi, præsentibus necessitatibus adhiberemus jejunia, nostrasque ætumnas & miseras cineris characteribus super caput nostrum scribentes, ad clementiam prostrati recurramus: *filii Israel humiliaverunt animas suas in jejuniis, & cinere super capita eorum*. Vel credendum est, quod tanquam veros Abrahamæ discipulos, tanti Magistri exemplo & doctrinâ edoctos,*

ad portandum in vertice cinerem exhortetur, ad hoc, ut oculo clementiæ suæ fragilitatem nostram respiciens, errorum nostrorum gravitatem nobis condonare possit: *Loquar ad Dominum meum, enim sim pulvis & cinis*. neque a veritatis semita procul me abiturum exultimarem, si hanc opinionem sectaret, quod sancta Dei Ecclesia per hanc ceremoniam, antiquam præteritorum sæculorum consuetudinem renovare velit, revocando nobis horum cinerum asperisionem in memoriam, nos fatalibus sinistrae fortunæ ictibus, casibusque miseriarum improvisis, quotidianisque perturbationibus subiectos esse, ad eum modum, quo afflictus Hebraeus conjurationum in excidium vitæ suæ agitarum ætumnas considerans & deplorans: *Indutus est sacco, spargens cinerem capiti suo*. Vel denique dicere possemus, quod cum tempus hoc Quadragesimale penitentiæ, peccatorum peccatrici dedicatum sit, illa autem in suo proprio nulla habeat præter cineres delicatiora fercula, ideo nos hujus sæculi reddere voluerit participes, quem ne fastidiamus, implet David Rex penitentiæ inigne speculum præmandate capiti, unde & ait: *Cinere tanquam panem manducabam*. Rex quoque Ninivitarum regium paludamentum in habitum quandam cinerum non est dedignatus commutare: *Rex Ninive indutus est sacco*; imò ulterius voluit, ut & thronus ejus regius conspergeretur cinere, utpote plus apud ipsum æstimate, quam si pulvis Cyptius, vel auti Arabici pulvis, aut ex geminis Orientalibus contulvis esset: *Sedit in cinere*. Si autem hæc rationes amplecti nolumus, statuarur hic omnibus aliis responsionibus adducibilibus, ultimus terminus, & pro certa veritate recipiendus, sanctam Matrem Ecclesiam heri homini ex terra composito exhibuisse cinerem, ut homo proprietatis illius, quam cinis inter cæteras habet, imitator evadat. Quis enim nescit, cinerem velut ex affectu charitativo & filiali ignem conservare accensum & vivum: *ignis per cinerem conservatur*. Unde ex eo ignem contegente Embisma formatum fuit, cum hæc Epigraphæ: *Contectum conservat*, ut inde dicamus vivam & ardentem in cordibus nostris conservare charitatem, quæ sub ignis metaphora in sacris literis repetitur. Idem quoque nobis heri manet per suam ceremoniam

D. Greg. in c. 28. Job. c. 30. fol. 117. lit. D. D. Ambr. l. 3. offic. cap. 3.

Isai. 34.

1. adich. 3.

*populi quasi de incendio cinis*, ait Isai. Aut voluit, ut ad sapientissimi Israelitæ populi imitationem calamitarum phalangibus coacti, culpamque exercitu oblecti & oppressi, præsentibus necessitatibus adhiberemus jejunia, nostrasque ætumnas & miseras cineris characteribus super caput nostrum scribentes, ad clementiam prostrati recurramus: *filii Israel humiliaverunt animas suas in jejuniis, & cinere super capita eorum*. Vel credendum est, quod tanquam veros Abrahamæ discipulos, tanti Magistri exemplo & doctrinâ edoctos,

D. Greg. in c. 28. Job. c. 30. fol. 117. lit. D. D. Ambr. l. 3. offic. cap. 3. Isai. 34. 1. adich. 3.

persuadere nobis voluit sancta Mater Ecclesia: Hodie autem post traditam nobis hesternadie de charitate theoriam, docere nos quoque vult de practica. Evangelici nimirum Centurionis actiones ob oculos nobis representando, qui expresse se cineris proprietatem in se habere demonstravit, dum coram Christo presentem, charitatis ignem sub cinere suo latente detexit, dicens: Domine puer meus, jacet in domo paralyticus. O Centurionem charitativum! O ignorantem ecclesiam! O adentem charitatem: Charitatem ecclesiam! O ignorantem in hoc (inquit Dionysius Carthusianus) quod pro servo suo tam instantem rogavit, quem tam puerum nominat propter distinctionem ad eum ex quo in presenti sermone caputurum sumus, ut in primo de charitate erga proximum ca. 2. de spectatim de charitate erga infirmos, ut hoc argumento charitativis animos adhibe, eosque exstimulem, ut majorem cum fervore eam, deinceps erigere ceant aliusque persuadent, ut huic sanctae charitatis exercitio sese totaliter & libenter impendant. Ordiamur.

1. Domine puer meus, jacet in domo paralyticus, & male torquetur Charitas ut Magister tententur docet: Est dilectio qua diliguntur Deus propter se & proximus propter Deum vel in Deo. Porro obiectum primum & principale, in quod charitas vel in proprium centum tenentur, est Deus summum bonum, utile honestum & delectabile: secundum vero, quod ad primum reducitur, est creatura ex amore Dei dilecta. Et sicut S. Augustinus scribit, id quod est pondus in corpore, est amor in spiritibus, juxta id quod communiter dicere solet: pondus meum amor meus, eo feror, quocumque feror. Ideo sicut corpora ad proprium centrum tendunt, in eoque quiescunt & conservantur, ita charitas non quiescit aut conservatur in alio, quam in Deo aut proximo Dei causa dilecto: Amor ille divinus facit nos delectabiliter tendere in Deum: Et esse in ipso & per consequens quantum est de se, cito persistere in Deo, & conservari nos in ipso, quos quilibet libenter persistit in actu delectabili. Imo quod plus est, nos unit cum Deo, cum Deo nos conservat, nos in Deum transformat, Deoque nos frui, & in illo quiescere facit, atque ideo charitas à sancto Paulo vinculum perfectionis appellatur, quia scilicet Deo nos alligat ad Deum, in quo omne nostrum bonum & perfectio consistit, quod si vero deinde de eadem charitate in ordine ad virtutes Theologicas vel

etiam morales loquamur, hae charitati veluti ancillae inserviunt, quibus mediantibus homo ad finis sui consecutionem dirigitur, qui est charitas; neque aliae virtutes actum aliquem producant, qui non sit in favorem & beneficium charitatis directus: Cum omnes aliae virtutes inquit Angelicus Doctor, ordinentur ad finem charitatis, ipsae imperat actus omnium virtutum & ex hoc dicitur motor earum. Ipsa est spiritus & anima, quae cunctas nostras operationes virtuosas vivificat, quae quanto majori charitate imbuuntur, tanto sibi plus vigoris acquirunt, atque apud Deum majorem reddunt pondus in merito. Quotque enim hac de re discunt Theologi, praedictum meriti valorem, & quatuor capitibus dependere docent, scilicet: Primo à dignitate, quam opus aliquod habet in semetipso, quo modo actus religionis dignior est quam temperantiae actus, cum illa sit in sua natura praestantior. Secundo à difficultate quam opus in semetipso habet, quae ratione martyrii dignius est respectu jejunii, orationis & elemosinae: Tertio à promptitudine nostrae voluntatis, quae à scholasticis conatus voluntatis, proprie dicitur, Quarto vero & praecipue à charitate, quae hoc sibi proprium habet, quod solum opera virtuosae in valore meriti dignificat, sicut gemma aliqua, quae quanto in semetipso pretiosior est, tanto plus valet & augetur pretium auri, cui est inserta. Quanto enim quae maioris charitatis affectu operatur, tanto opus ipsum majorem apud Deum meriti sit, scribit Doctor quidam. Unde nascitur, quod opus aliquod bonum, licet minimum, si imbutum sit charitate in summo gradu consistente, quantum vires nostrae per gratiam Dei elevarae suffere possunt: opus quoque ipsum ex sua natura vile & pigrum, nobile sit & giganteum praeter alia. Atque ideo de vidua illa, quae duas miserabiles atque minutas monetas Gazophylacio immisit: Misit erga minuta duo, id est, duas exiguas obulos factos de aere, non de argento aut auro, inquit Dionysius Carthusianus ibi, ait. 44 qui secundum Chrysostomum valebant quartam partem denarii usualis. Et tamen certum est, quod eius obuli aequè Deo grati & accepti fuerint, atque alia opulentissima ab aliis oblata dona, atque ideo eadem vidua à Christo praeter aliis celebrari meruit, dicente: Vidua haec pauper plusquam misit. Et ratio est secundum Bedam, Quia Deus cor & non substantiam pensat, nec perpendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto profera-

D. Thom. in quaest. disp. q. 1. de charit. n. 3. in concl.

Dicitur in sum praed. verbo charit.

Luc 21.

Bedam Cat. D Thom.

LEONARDUS  
DE  
S. MARTINO  
DE  
S. MARTINO  
DE  
S. MARTINO

X

Bedam  
Cat. D  
Thom.

Pauletti Quadragesimali.

C

zur

18. Vnde S. Paulus charitati super omnes alias virtutes theologicas præ eminentiâ decernere non dubitavit, dicens: *Maior autem horum est charitas.*

3. Pro cuius meliori & profundiori intelligentia, discurtamus non nihil cum Apostolo & supponamus dari aliquem, qui sit velut A-reopagum quoddam, in quo suam omnes virtutes residentiam habeant, qui velut alter Demofthenes, facundia alios præcellat, vel etiam lingua sit præditus Angelica, nisi iis donis suis ex motivo utatur charitatis, nil aliud quam metallum tinniens, aut Cymbalum sonans dici meretur: *Hoc est, vocem quidem emittens, frustra autem loquens:* ut explicat Theophylactus ibid. Ad hæc: Deus illi prophetiæ donum impertiatur, revelet illi omnia arcana Paradisi mysteria, omnem ei conferat scientiarum plenitudinem, quarum capax esse potest humanus intellectus, fide quoque polleat adeo forti atque constanti, ut per illam ei, velut novello cuidam Thaumaturgo facile sit transferre motus: suas quoque ad pauperum sustentationem prodiga manu distribuat divitias, ardentem Babyloniam ingrediatur fornaces, capnt, diceret illis cum Apostolo potest: *Nihil mihi prodest.* Super quo S. Anselmus in 1. Cor. 13. discurrens hanc calamo suo exaravit sententiam: *[ Magna itaque & mirabilis est charitas sine qua nihil lucio diversarum & longvarum prodest, nec prophetia nec mysteriorum scientia, & scientiarum notitia, nec fides, nec facultatum distributio, nec martyris passio; Et cum hæc maiora nihil sine charitate proficiunt, manifestum est, quia nec cetera bona prodesse possint sine hac charitate.*

Eccetibus coram te positum centurionem, qui ab impulsibus charitatis stimulat in illud ferebatur objectum, in quo velut in proprio centro quiescere, omnibusque pietatis suæ affectibus satisfacere se posse sperabat. *Accessit ad eum centurio* Quidnam obiecto illi profuisset per humilitatis semitas progressum fuisse, dicendo: *Non sum dignus, ut intres sub lectum meum;* aut quod suam in divinam omnipotentiam firmam fiduciam manifeste declarasset, dicendo: *sed tantum dic verbo,* aut quid ei utilis fuisset spes firma, quæ se sanitatem servo impetraturum esse confidebat dicens: *Et sanabitur puer meus,* nisi hæc virtutes informatæ fuissent, in proposita Salvatoris supplicatione clucescente charitate: Dicit enim Centurio: *Domine puer meus jacet in domo paralyticus & male torquetur.* Vnde Magister Sententiarum lib. 3. dist. 39. centurionem

quendam inter virtutes observavit ordinem: quo si hæc ut potest omnium cæterarum præcipua defuerit, aliæ sunt veluti si non essent aut fuissent: *Omnes virtutes sibi coherens, ut qui una caruerit omnibus carens.* Cum tamen e contra quisquis hanc solam possidet, non ideo expertus aliarum erit: *Qui ergo unam habet, omnes habet.* Cum enim ipsa aliarum sit mater, ubi cum ipsa refederitejus quoque filii inveniuntur in quocunque mater ipsa est, cuncta filia eius id est, virtutes recte fore creduntur. Idem ibi. Unde de ipsa verificari potest Emblemata amantis illius, qui ad inveniendum amantiam suam unico solam obtutus multos captivare posse amantes, comam quandam seu cincinnum ex multis capillis contextum ligula quadam purpurea vinctum & colligatum depingi fecit, cum hac Epigraphe: *Multa sub uno,* quasi diceret sicuti hic tot capilli uno ligamine nectuntur, ita ingens quædam amantium multitudo unico duntaxat oculorum obtutu remanent in nexi & captivati Capilli namque virtutes mihi referunt: fascia autem sive ligula charitatem significat: de qua majori cum iure dici potest: *Multa sub uno.* Quam proinde hoc sensu S. Paulus commendabat, dicens: *Sed per omnia autem charitate inhaere, quod est vinculum perfectionis.* Coloss. 3. Vnde S. Augustinus dicebat: *ubi charitas est, quid est quod possit desistere ubi autem non est, quid est quod possit proficere.*

4. In maximam confusionem nostram omnes creaturæ irrationales & insensibiles hanc nos erga proximum exhibendam charitatem docent & erudiunt. Cælum namque suis in fluctibus terræ necessitatibus benignè succurrit, dum illâ aunc rore fecundat, nunc pluvii humectat & irrigat, nunc ventis abstergit & exsiccatur, mox nivibus vestit & obteggit. Stellas quoque concorditer uniantur, suas nobis participando qualitates, dum hunc ad divitias, ad dignitates alium, illum verò ad fortunas mirabiles extollunt & evehunt. Sol quoque in continuo motu perlevertat, magnique passibus velocissime currit, imo volat ab oriente in occidentem, ut ad universale totius mundi beneficium omnibus mundi plagis splendorum suorum aurum distribuat. Luna miseris nostris pie compatiens crescit & decrescit, pro uti nostris id necessitatibus esse videt, opportunum. Terra, velut affectuosa mater nostras in castitatis temperat, grato atque iucundo herbarum suarum vitore nos recreando, nobisq; amictum, victusq; annonam abundè procurando, Mare insuper, ut nos ex

S. Anselm. lib. 3. dist. 39. centurionem

pretiosa, quam in suo claudie supellestile  
 divites & opulentos efficiat, margaritarum orient-  
 alium merces, & quosque in visceribus suis  
 dicit piscium species, conatibus fluxibus & re-  
 fluxibus suis ad litus usque deferat, ut hac divi-  
 tiarum suarum varietate desideria satientur hu-  
 mana; Amabilis item & innocens ovicula lang-  
 scæ amictu libenter se exuit, atque in frigidi aeris  
 intemperate nuda subsistere nihil curat, dum mo-  
 do ab hyberni temporis rigorosis insulibus nos  
 defendere valeat. x espice obsecro ingeniosam &  
 industriam apud & vide, quos labores adhibeat,  
 & quos artificis utatur, ut ad gustum nostrum  
 in dulcorandum, mellis sui favos in alveario suo  
 preparat. Quid de herbis dicemus? totaliter es-  
 vilitatur, ut nobis eam, quam in radicibus, in  
 foliis, & in floribus continent virtutem, com-  
 moneant, ut opportuna inde conficiantur in-  
 firmis nostris curanda remedia. Quid in-  
 super dicam? Ipse denique viperæ sua in pretio-  
 sa venetam transformant venena, ut adver-  
 sas eadem medicinas nobis loco deserviant.  
 Quotid igitur magis homo creatura vivens &  
 rationalis charitatem exhibere proximo tenet  
 proximi egellatibus & miseris subvenien-  
 do? Egregiam cenam apud Paulum Manurium  
 in idag reperitur proverbium, quo dicitur solet:  
*Non nascitur sibi, id quod Plato ap eund. ibid.*  
*quoque confirmat, dicens: Illud tibi considerandum*  
*est, quod quisque nostrum non sibi tantum natum*  
*est, sed etiam nostram partem sibi vendicat patria,*  
*partem parentes, partem amici ceteri. Cui Cicero*  
*lib. de offi. quoque consentit, dicens: Non nobis*  
*solum nasci sumus. Lacedæmonii adeo fuisse*  
*prochyes in sublevandas egenorum miseras, ut*  
*eum urgentes percipissent saniorum necessi-  
 tates, viderem quidem libenter. & omni cum*  
*promptitudine aliqua tulissent subsidia, nisi id*  
*inopere defectus vis impossibile reddidisset; ve-*  
*rantamen stimulantem charitate, quid illos ad*  
*saniorum sublevandam inopiam fecisse arbitra-*  
*mini? Publicæ præconis voce mandari curantur,*  
*ut per totum ipsorum imperium omnes pariter*  
*se jungerent, Domini, servi, mulieres, infantes, &*  
*cum illis pariter bestiae, & omnia in terris vi-*  
*ventia; qui quid autem ea die ex victus parti-*  
*monia reliquum inanerent, pecunia vendiderunt,*  
*causque ratione media colligerent ad ferendas spe-*  
*ratas sanis suppetias. Perlarum quoque Reges*  
*alienis calamitatibus adeo compatiiebantur, ut*  
*teos impune dimittentes, pro meriti supplicii*  
*condemnantem transgressorum velles. Artaxer-*  
*xes autem reis non caput, sed quam in capite*

mortis condemnandi gestabant mitram, de-  
 trunciari iussit; aliis vero amputanda auris lo-  
 co, in aures præferendi alias voluit. Alphonfus  
 Rex Neapolitanus persuasus, ut quendam in a-  
 mentiam redactum nobilem, omnibus suis facul-  
 tibus exueret, id ipsum facere tenuit, repicacis  
 id contra omnem futurum esse charitatis ordi-  
 nem, nihil que aliud fore, quam afflictio novam  
 in super afflictione addere; si nimirum ei omnium  
 adimeretur possessio facultatum, cui amentia  
 eripisset, aut infatuisset cerebrum. Lex quoque  
 apud Aegyptios decreta erat, quæ statuebat, ut  
 si quis viatorum aliquod à latronibus vel homi-  
 cidis naufragum, aut nocibile damnum perpe-  
 sum, aliquo charitatis subsidio, secundum vires  
 suas non sublevasset, poenâ capitis muldaretur:  
 Quid de Codri erga Patriam & cõpatriotas suos  
 exhibita charitate dicemus? Cum enim civitas  
 sua gravi ab inimicis obsidione cingeretur, nec  
 ullus tam liberandi, aut obsidione dissolvendi  
 modus excogitari posset, ad apollinis oraculum  
 accurrens, hoc ab eo retulit responsum, ut scilicet  
 generosè cum hostibus dimicaret; siquid è  
 gloriosam ab eis reportaturi essent victoriam. Si  
 ipse Codrus Rex hostium manu cecidisset, & occu-  
 buisset. Quod inimici subodorantes, edito pu-  
 blico caverunt, ne ullus Codrum Regem interfi-  
 cere, aut occidere ullâ ratione præsumeret: Ipse  
 autè coma, & regis vestimentis depositis, sim-  
 plicis cujusdam militis habitu indutum, se ad-  
 versariorum copiis immiscuit, hacque ratione  
 vitam prodigendi modum adinvenit. Quidnam  
 obsecro vir Christianus amplius facere potuit-  
 set, licet conscius sibi sit, quod *Majorem chari-*  
*tatem nemo habet, ut animam suam ponat quis*  
*pro amicis suis.* Denique de Clemente VII. refe-  
 runt Historia; quod is servorum, seu famulorum,  
 quos Hippolytus nepos sua in aula quotidie a-  
 lebat, numerum seire desiderans, coram sibi à Nepo-  
 tis sua aula præfecto exhiberi iussit catalogum,  
 eumque ex eodem illum excessivè multiplicatum  
 esse didicisset, plurimum servorum nomina ex præ-  
 dicto catalogo expunxerit, & dimitti præcepit.  
 Quod Cardinalis Nepos Hippolytus in au-  
 diens, domus suæ præfecto, ne Pontifici ex-  
 queretur ordinem, serio præcepit, Patrio que suo  
 dixit: Verum quid est, domum meam omnibus illis  
 tuo iussu dimittendis servitoribus carere posse:  
 ipsi autem domo mea carere, aut extra eam vi-  
 vere non possunt; pauperes enim sunt, & fame  
 cogentur mori, atque ideo saltem ex motivo  
 charitatis eosdem sustento; uti refert Joan. Bo-  
 terus lib. I, dicit. memorab. Viror. Illustr.

Paulus  
 Arel. lect.  
 36. 2. 6.

Io. Boem.  
 Auban.  
 Tenon.  
 lib. 1. de  
 Africa.  
 Ruy. Hol-  
 cor. in sep.  
 lect. 128.  
 c. 4.  
 Val. Max.  
 1. 5. c. 4.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licab" and some numbers.

To. Ga-  
neus ibi.

Enimvero quod si ad vos in Charitatis actibus exercendos, nulla vobis ad imitandum alia suppetunt exempla, non pigeat vos ad minus illa auscultare, quæ nobis in sacris Scripturarum sanctarum historiis, ad imitandum proponit Spiritus sanctus, præcipue vero præclarum illud optimæ mulieris Tabithæ, quæ alio nomine Dorcas vocabatur, exemplum. Inde enim fid quod S. Lucas de ea refert, rectè observaveritis, aliud vobis quam meram felicitatem & prosperitatem augurari non potestis, si charitativi fueritis. Hæc igitur ex castello Joppen in palæstina de tribu Manasses oriunda erat, & quod maxime considerandum venit: *Erant plena operibus bonis & elemosinis quas faciebat* Actor c. 9. gravissima autem costrepta fuit infirmitate, ad eò ut intra paucos dies ex hac vita migravit. Cujus sanctissimæ feminae mors magno dolore & luctu totum castellum affecit (quippe justorum hominum iactura omnibus communitè displicere solet) ac proinde duos viros ad sanctum Petrum, qui in Lydda, loco non procul à Joppen remoto commorabatur, confestim expeditaverunt, qui eum rogarent, ut in Joppen venire dignaretur, suisque orationibus prædictam feminam ad vitam revocaret. Auditis igitur nuntius Apostolus secutus est eos, cumque ad eos, qui defunctam deplorabant ingressus fuisset, vix ullus erat qui non instantissimè pro illa rogaret, suisque cordis dolorem lacrymarum abundantia contestaretur. O quot mendicium Apostoli pedes se prosternebant, dicendo: Nisi Tabitha victum mihi quotidianum mittendo paupertati meae subvenisset, utique jam inter vivos superstes non essem: Ecquando unquam (dicebat alter vel minimam vini stillam gustare potuissem, nisi sanctæ hujus mulieris pietas de eo mihi quotidie sollicitè prospexisset; Alius] cuius verba suspensis atque singultibus intescipiebatur) subjungebat: peregrinus in hunc locum veni & mendicus, nec ab ullo obtinere hospitium poteram, aut aliquam experiri charitatem, nisi hæc mulier mei fuisset misera, quæ suum continentud oculos in meam habebat paupertatem directum. Eo usque eheu redacta etiam] dicebat illa mortuæ huic compatiens vidua] ut ob vestis inopiam è domo egredi erubescere, & hyberno utique ex frigore emori debuisset, nisi hæc benedicta manus, quam reverenter extulor, hæc quam ad carnem gero vestem mihi præscidisset, consuisset, aptasset. O quot infirmi præ accessitate fuissent mortui, quod

carceribus victi, miseris & ærumnis oppressi in carceribus contacuissent, & in cineres fuisset redacti, nisi ab hisce fuissent pedibus visitati, hisque piissimis manibus resocillati. Etenim mulier aliqua tanta erga proximum charitate prædita quæri quidem & pervestigari potest, inveniri autem minimè. Verè mortua est omnium inopum & egenorum mater, qua amissa spes omnis refugii nostri patites amissimus. Quid hic faceret sanctus Petrus? Mox ut tantam eius à pauperibus & prædicari charitatem audivit, ad orationem confugit, ac postea apprehensa eius manu, Thabitam advocans *Evexit eam*, sicque rediit ad vitam: [Postis genibus pro illa oravit, eamque suscitavit] dignissimum est enim, ut longissimam vitam ducere persona, quæ in operibus charitatis se exercet] Etenim cum non multi reperiantur simili charitate præditi, pauculi qui in eade virtute stentenev exercent, nunquam merito emori aut in terne deberent. Verum enim vero vix discernere possunt cui majoris charitatis honoratitribuendus sit, an Thabitæ ob prædicta ejus opera, an vero sancto Petro eam resuscitanti. Vos o miseri & desolati pauperes idipsum judicet. Verum quidem est mulierem hæc fluctatibus suis modò succurrisset, modò alteri Petrus autem in vitam eam revocando, unico tantum actu, benignam vobis omnibus matrem omniumque veteram consolatricem restituit. Hic igitur quilibet vestrum discat, quam sit homini utile pietatis operibus sese totum impendere: vel enim Deus ei vitam prolongat, aut si moriatur, cum facit ad vitam quandam in hominum memoria immortalè resurgere.

6. Actus charitatis erga proximum duobus modis exerceri possunt vel illum à miseriis sollevando, vel cavendo & curando ne illi afflictiones obveniant: *Charitas alios curat*, nisi *contremiscit offendere*; utrumque autem actum Beata Virgo MARIA exercuit. Magnæ namque Dei mater una cum castissimo sponso suo Josepho ad visitandam Elisabeth se recepit *Exurgens MARIA ab eis in montana, cum festinatione in civitatem iuda.* Luc. 1. Etenim totus mundus in verti videtur, ex quo totius universi Domina, ad ancilliam quandam visitandam semover, undè & Elisabeth admirata est, quando eam domum suam ingredi videns dixit *unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei* & *meus id est, ut apponit Euseb. Gallicanus hom. de visitat* (Ego potius debuere ad te, sed tua utique

filii humilitas te coegit venire ad me. Sed quomam spectata sollicitudo, quam virgo quaedam adeo delicata & grava, & Joseph vir prorecte xristi, hic adhibere cernitur? Forſitan, ut Lyranus, Cſceanus, Higo, S. Bonaventura respondent. *Quid virgo ob reverentiam festinat? ut extra domum suam in publico moraretur.* Vel cum S. Ambrosio: *Ne sit tarda malimina Spiritus sancti gratia.* Enim vero, si mysterium hoc penitus consideremus, satis liquidè patebit, quod cam iter, quod Maria & Joseph consecraverunt, quam in iter illud ad hanc sollicitudinem affectus charitatis extraordinarie Mariae & Joseph sui Jesu quem virginali suo in utero fecerat cum enim Joannes inter medias eiusque congenitalis miserias constitutus esset, confessione movit Maria, & velocissimis gressibus accersit, adferendo ad eum unicum Verbi incarnati medium: (Virgo vulnerata charitate non potuit quiescere, quin cognatam inviresceret, & gratia sua adjuvaret, & ut Joannes ad Verbi sanctificationem Et quidem talium sollicitudine in hoc itinere progredebatur, ut ab Evangelista expressè cum festinatione dicitur, insinuando per hoc, quod dum miseris & ætumno nos succurrimus, omnis mora tarditas cavenda sit: *Jesus vero inquit Oritur hom. 7. in Luc. Qui in illius utero erat festinatus ad hunc in ventre matris postquam sanctificaret.*

7. Quod verò ad secundum genus actuum charitatis attinet, quod in eo consistit, ut scilicet caritatis, ne afflictio addatur afflictio; si clarè videre vultis, qualiter hunc Deipara & Sponsus ejus exerceverint, observemus, quæso, modum, quo se Maria & Joseph in hac eadem visitatione Elisabeth habuerunt. Dicitur etenim, quod Deipara Virgo salutarit Elisabeth: *Intra vi in domum Zachariae, & salutavit Elisabeth.* Ergone sola Elisabeth salutatur, & præter hanc nemo alius? Cur non etiam honoriste salutationis Zachariae defertur? num fortè id omisum est ideo, quod nimirum indecens erat, ut Virgo talis, quæ ipsissima erat honestas atque modestia, virum aliquem salutaret? Hanc eundem rationem libenter admitto, verum tamen quia in Virginis quoque societate Joseph Virginis Sponsus erat, ad minus saltem ille in hoc salutationis officium subintrare debuisse. Quid igitur hic dicemus, num fortè ambos hocce castissimos Coniuges, vel alterutrum illorum aliquem inurbanitatis actum commisisse admittimus? Non sum equidem adeo temerarius, ut

huic opinioni assentiar, neque aliquem pium si selem inveniri posse existimo, qui id ipsum asserere audeat; aliud igitur hac in re mysterium pervestigemus. Dico ergo cum Alberto Magno, quod cum sanctus leniculus Zacharias in pœnam in credulitatis suæ, in quodam domus suæ angulo, reclinatus in dextera palmam capite suo mutus sedere, adeo eo tempore afflictus fuerit & desolatus, ut inter homines comperire non fuerit ausus, & porro non potuerit, qui verecundo genæ ipsius suffunderentur pudore, ideo Maria & Joseph ipsum salutare dissimularunt; si enim tunc eum salutassent, quanta fuisset hæc miseris istius mortificationis, ex quo enim nulla redderet responsa potuisset, ut quæ magnam inde in visceribus suis persensisset animi mortificationem. Hæc igitur ex praedicta causa, studio & data opera intermissa salutationis, opus quoddam fuit extimæ charitatis: *Virgo non salutavit Zachariam, quia erat mutus. Albertus Magnus in cap. 1. Luc.*

8. Multos quidem reperiri non inficior charitatem erga proximum proficentes, sed quæ infimi generis sit, nec omnem in se perfectiorem contineat, ac consequenter parvi valoris moneta existat.

9. Joannis cap. 4. Reguli filius tanta laborabat infirmitatis cujusdam vehementia, ut ex ea jam jam moriturus crederetur: *Incipiebat mori.* Pater itaque ejus vehementer illum amans, videns quæ incassum adhiberi remedium, omneque auxilium humanum inefficax esse, ad Salvatorem confestim recurrit, eundem affectuossissime rogans, ut divina sua omnipotentia pristinam filio sanitatem elementer restitueret. Simili modo Centurio noster servum habebat tam vehementi paralyti obnoxium, ut ejus in quodvis momentum mors imminere crederetur, nihil in ejus curationem adhibitum non fuerat, sed casto proflus & irritò eventum. Tandem igitur fama Salvatoris, & qua in curandis infirmis pollebat, mirifica virtute percepta, personaliter eundem convenire decrevit, & rogare, ut servo suo omni compatione digno, opportuno aliquo remedio succurreret. Dicebat igitur: *Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Profectò, nisi adeo nobis perspecta esset Dei nostri sinceritas, non immerito eundem parvalem existimare quis posset.

Albertus Magnus in cap. 1. Luc.



set; Regulum enim haud secus ac infidelem hominem dure alloquitur, dicens: *Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis*: Cum tamen Centurionem econtra magnopere celebret, tanquam fide eximia praeditum: *Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel*. A Regulo in domum sua uenire rogatur: *Domine, descende, priusquam moriatur filius meus*, & tenuit accedere, sed dixit: *Vade filius tuus uiuere*. Econtra uero ad domum Centurionis uenturum se promittit: *Ego ueniam, & curabo eum*; tametsi idem Centurio hunc sibi exhiberi deprecaretur honorem, dicendo: *Non sum dignus, ut intres sub tectum meum*. Quae nam est haec partialitas? A deo se erga Centurionem exhibet urbanum, erga Regulum uero in simili causa adeo rigidum? Undenam obsecro haec procedit Christi in agendo uersitas? uter ex ambobus melior existit, num Centurio probior Regulo, an uero Regulus Centurioni praefertendus censetur? Pro meliori huic difficile difficultatis intelligentia, doctrina quaedam S. Bernardini Senensis, fer. 6. post Cin. art. 1. fol. 61. col. 1. B. diligenter aduertenda est, qui charitatem, ad hoc ut perfecta sit, tres condiciones postulare docet, nimirum ut sit uera, iusta, & sancta. Vera quidem esse debet, non uero abusiva, nec falsa, qualis futura esset, si dirigeretur ad proximum propter propriam communitatem & utilitatem, adeoque in suum potius commodum atque beneficium foret resolueda. Debet etiam esse iusta, talis nimirum, per quam a nobis bono semper sit, qui melior est, aut meliori optimus praefertur; hoc namque ipsa iustitiae rectitudo exposcit, ut sicut nobis studiosè procuramus bonum, non uero malum, ita quoque idipsi desideremus proximo nostro: & econtrario licet iniustum, & contra rectitudinem charitatis futurum esset, alteri mortem, infirmitatem, aut aliud quodvis malum desiderare, ita quoque iustitiae & charitatis actus erit, omnia bona proximi in eodem laeto semper oculo aspiciere. Ultimo denique requiritur, idem ibid. cap. 3. lit. G. ut sit sancta: *illud enim dicitur sanctum esse, quod ad Dei gloriam ordinatur*. Ille autem sancte charitativus esse dicitur, qui bonum alteri desiderat, aut facit, ex amore Dei, nec alium in hoc respectum habet, quam eiusdem dei maiorem gloriam. Porro charitas, quae simpliciter uera est, & iusta, non est etiam num perfecti ponderis, sed sancta omne in se perfectionem habet. Charitas Reguli primae & secundae speciei erga; nam uera fuit, quia filio suo santra-

tem nequaquam fide desiderabat: fuit etiam iusta, quia vitam & suauitatem pro eo poscebat, quae melius bonum est, quam sit mors uel infirmitas: quia uero santraem illam desiderabat, in quantum haec utilis erat soli filio, adeo in proprium duntaxat commodum redundabat, & non ad gloriam Dei, ideo eius charitati id, quod melius est, deest scilicet sanctitas, neque iustum adaequabat Saluatoris, atque ideo mox iam dicto, rigidè scilicet & austerè cum illo egit. Centurionis autem charitati nulla harum conditionum deest; Et quidem de prima & secunda, res est manifestissima, uerè enim & iuste procurabat santraem infirmi, qui licet non filius esset, sed seruus, eum tamen ueluti filium charitativè tractauit, idque non ob seruitutem, siue ei haec tenus praesturam, siue in futurum praestandam, sed purè & simpliciter, quia crastina Dei erat, cuius solius gloriam in hac actione sibi ob oculos positam habebat, & haec sola ratio fuit, cur à Christo cum tanta benignitate fuisse acceptus & habitus. Audite S. Gregorium papam: *Reguli filio, inquit, per corporalem praestiam non dignatur adesse: Centurionis seruo uero indignatur occurrere, quid est hoc?* Cuius multae opiniones à Scripturis sacris in medium adducuntur, inter quos Dionysius Carthusianus hunc honorem perfectae & sanctae Centurionis charitati attribuit dicens: *Charitas Centurioni apparuit in hoc, quod pro seruo iam instantem rogauit, quem etiam puerum nominat propter affectionem ad eum.* 10. Quo sine Deum olim antiquis sacerdotibus praecipisse existimatis, ut ignem semper in Altari suo ardentem curarent? *Ignis in Altari semper ardebit: Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in Altari.* Scite pete uerum, quo sine Deus praecipuum istud condiderit, neque enim dubito, quin egregium aliquod sub eodem lateat mysterium. Apud ueteres Romanos lego, quod d. ignem semper ardentem curare, in templo Deae Vestalis manus fuerit uirginum; unde si forte fortuito, siue per negligentiam, siue ex materiae combustibilis defectu ignis ille extinguitus fuisset, id ipsum malum semper consequatur esse omen, praecipue uero significabat Romanis uobi summam calamitatem, & ruinam futuram. Num forte Deus per hoc praecipuum nobis insinuare uolebat, in Altari cordis nostri ardentem semper esse debere flammam charitatis, ut sic actiones nostrae de bono semper in melius procedant. Ita quidem Durandus existimat,

Matth. 8.

Ioan. 6. 4.

Exemplum  
Dicitur  
in cap.  
1. fol. 3.  
Trinitas  
in cap.  
1. fol. 3.  
Matth. 17.  
Luce. 9.  
Matth. 9.  
S. Ambrosius  
in cap. 9. Luce.  
Benedictus  
Carthusianus  
D. Thoma  
in cap. 9.  
Matth. 17.  
13.  
Origenes  
in cap. 9.  
Matth. 17.

simat, dum ait: Per Altare cor nostrum intelligi  
 tur, quod est in medio corporis sicut Altare in me-  
 dio Ecclesie. Ignis est charitas: ignis semper ardebit  
 in Altari, quia charitas semper fervet in corde  
 nostro. Et Franciscus Georgius Venetus id ipsum  
 confirmans, dicit: Similiter et charitatis fervor  
 mansere semper debet, quo cor possit accendi. Ve-  
 rum enim verò omnino existimo, quod hic ig-  
 nis in Altari cordis nostri vel nunquam accen-  
 datur, vel accensus confestim denud suffoco-  
 datur. De S. Petro sacrum nobis Evangelium re-  
 fert, quod in locustate filii Dei in monte Tha-  
 bor constitutus, omnibus illis gavisus fuerit  
 consolatioibus, quarum capax esse potest ani-  
 mus vobis, à quibus proinde allectus à Ma-  
 gister suo, licentiam sibi dari petiit, tria in coe-  
 dum monte tabernacula fabricandi; in illoque ad  
 mortem usque habitationem suam continuā-  
 tur. Et Dominus, bonum est nobis hic esse, quasi diceret:  
 nequam locum aliquē magis mihi ardentem  
 ferens, quam istum; ideo qui humiter statui, hunc  
 locum nunquam deseret, aut cum alio com-  
 munitate. *Faciamus hic tria tabernacula.* Verum  
 diligens hic non solum hanc gratiam nequa-  
 quam obtinuit, verum insuper asperam inde à  
 sacris Evangelistis reprehensionem reportavit.  
 S. enim Lucas dicit, quod erat nesciens quid di-  
 ceret. Et S. Marcus. Non enim sciebat, quid dice-  
 re quasi iociter vellet, mirum non esse, Petrum  
 hanc in modum loqui, cum extra se ipsum rap-  
 tus, et loqueretur, an verò somnaret, ignora-  
 verit. S. Ambrosius S. Petrum excusat, dicendo:  
 quod ignorabat, conditiis suis, quod promitte-  
 bat, derisionis. Imò Beda eundem veluti erga  
 magistrum suum ardere et affectum magnopere  
 celebrat, dicens: *Esti Petrus pro stupore hu-  
 mana fragilitate nescias quid dicat, insiti tamen  
 sed ad affectum inaccessum.* Fortē ideo nesciebat  
 quid diceret, quia, ut putat Origenes, locutus  
 est, motu quodam spiritu alieno, vult evellere  
 Christum sub ratione boni, ut non condescendas  
 humilioribus, nec venias ad eos, nec suscipias mor-  
 tum pro eis. S. autem Paichasius dicit causam,  
 cui nesciebat, quid diceret, non fuisse aliam,  
 quam quia modicam se erga proximum chari-  
 tatem habere monstravit; siquidem in monte  
 exultans, nullam habebat de alius Apostolis cur-  
 ram aut respectum; bonum namque sibi soli  
 volebat, alios verò illo privari, minimè cura-  
 verit. Neque enim de his, id est, Apostolis, aliquid  
 capitare videtur Petrus, in quibus charitas quā  
 maxime commendabat. In cordis sui Altari

extinctus igitur erat ignis charitatis erga pro-  
 ximum, quia sibi aliud nihil habebat ob oculos  
 positum, præterquam proprium commodum.  
 II. Veruntamen Petrus tandem aliqua ex  
 parte compassione & excusatione dignus esse  
 videtur, quia tamen se aliqua erga proximum  
 charitatem habere non monstravit, dū ad pro-  
 priam duntaxat utilitatem attendit: verunta-  
 men satellites illi, qui in domo principis Sacer-  
 dotum erant, non solum nullam habuerunt  
 charitatem, verum etiam omnem in medio sul-  
 tulerunt charitatis exercendę occasionem, imò  
 ne illam experirentur, impedire procurarunt.  
 Audite enim illorum ad Christum illudendum  
 adhibitam astutiam: sacratissimum etenim ejus  
 vultum scedis, & puteolentibus, ac stoma-  
 chundis spumis, & otis narium que excrementis  
 defædarunt, & colaphis eum percusserunt: Et  
 cæperunt quidam conspuere eum, & colaphis eum  
 cadere; quod autem vel maxime notandum est,  
 est hoc, quod scilicet faciem ejus benedictam  
 obvelarint: Cæperunt velare faciem ejus; id quod  
 S. quoque Lucas confirmat, dum ait: *Velaverunt  
 eum.* Facile nobis imaginari possumus, quod  
 impii atque crudeles illi ministri, nullam exer-  
 cuetant actionem, qua Salvatorem pessimē tra-  
 ctare non intenderint; ac proinde quidam per  
 hanc faciem Christi obvelationē voluerunt præ-  
 tendere, quem ei per obvelationem istam no-  
 vum insultum facere meditabantur? Dionysius  
 Cartusianus quidem dicit, illos aliud nihil in-  
 tendisse facere, quam ut oculos ejus obvelaret:  
 Oculos ejus velo operuerunt. Verum per hoc non  
 tollitur, nec diminuitur difficultas; scilicet quā  
 ob causam oculos ejus obvelarint? Forrē id fe-  
 cerunt, ne eorum videre possent scelerata, eosque ca-  
 stigandi occasionem acciperet? Minimè etiam  
 hac ratione moveri poterunt; vel enim eum  
 Deum esse credebant, vel non; ipsos Deitatem  
 ejus credidisse, non est verosimile; & posito et-  
 iam, quod hoc crediderint, tunc pariter credere  
 debebant, quod ut beus etiam hoc velo non ob-  
 stantē, videre eos perfectissimè poterat: si verò  
 id non credebant, quomodo castigationē ab eo,  
 quem in sua potestate constitutum habebant,  
 timere poterant? Pulcherrimam apud Venera-  
 bilem Bedam lego subtilitatem; in hanc præ-  
 sentem rebellium actionem, que proposito no-  
 stro mirè deservit. Velabant, inquit Beda, vul-  
 tum Christi, quia nisi hanc benedictam faciem  
 obvelassent, dum in ejus conspectu constituti  
 erant, utiq; in Christi oculis viderentur in pelliculis  
 sumo

Mar. 9.

Luc. 22.

Dionysius  
 Cartus.  
 in Luc. 6.  
 22. art. 48.  
 fol. 240.  
 lit. C.

VELARE FACIEM EJUS  
 X  
 N  
 5

fimo quodam speculo semetipfos veram impie-  
 tatis effigiem in facie sua portantes contem-  
 plati fuissent, ac proinde ad compassionem fa-  
 cile moveri potuissent, adeo ut injuriarum loco  
 charitatis ei officia impendissent, & vice inju-  
 riarum eum veneratui & adoraturi fuissent:  
*Velaverunt autem eum, non ut eorum ille scelera  
 non videat, sed ut à se ipsi faciem ejus abscondant.*  
 Et Pater Joannes Antonius de Abula clarius id-  
 ipsum explicat, dicens: *Idco velaverunt Christi  
 faciem, ne se ipsos in ejus oculis viderent, ut ita fa-  
 cilius omnem à se humanitatis sensum abjicerent.*  
 Studio igitur & data opera conati sunt impedi-  
 re, ne Sol Justitiae Divinitatis suae radios per o-  
 culorum suorum crystallum in cordium suorum  
 escam reflectens, eandem luculenta charitatis  
 flamma accenderet: Verum enim verò, quot ho-  
 die sunt, si non peiores ad minus impiis huius si-  
 milis, qui ne cogantur esse charitativi, aut ex-  
 occurrente objecto ad aliquod moveantur pie-  
 tatis exercitium, omnem egenorum inopiam &  
 miserias videndi occasionem e medio tollunt,  
 vel oculos claudendo, vel obturando aures, vel  
 terga ejusmodi pauperibus data opera verten-  
 do? Ex horum numero Evangelicus Centurio  
 mihi imò erat, hic enim charitate motus, ad in-  
 firmi servi sui beneficium nullum non adhibuit  
 medium, nulli pepercit sumptui, nec ad propria  
 incommoda respiciens, in persona propria ad  
 caelestem Medicum requirendum accurrit. Ec-  
 quis enim hodie tantam in infirmum servum  
 suum charitatem impenderet, quin potius ad  
 primam pulsus alterationem in servo notatam,  
 is vel de domo heri proinus dimittitur, & abire  
 cogitur, aut sine ullo solatio aut subsidio, dete-  
 rius quam si bestia aliqua esset, mori permitti-  
 tur, vel ad hospitale desolarum ablegatur: Nan-  
 ita Centurio; hujus enim singularem loquendi  
 modum observare: *Puer meus, inquit, jacet in  
 domo paralyticus. Ipsum enim domi suae velut  
 naturalem filium suum habebat, & velut pro-  
 tali paternam ejus gerere curam, unde & infir-  
 mitas illius cor illi transfigebat. Quam pau-  
 ci huius temporibus nostris reperiantur ejus-  
 dem conditionis domi sui facilius inveniuntur,  
 qui ut salarium, quod ex mulierum annorum  
 servitute servo suo debent, sibi reservare possint,  
 mortem illi accelerare contendunt. Quisquis  
 aures audiendi habet, haec tenus dicta intelli-  
 gat, suoque cordi infixat.*

11. Verum enim verò, o utinam mihi hodie  
 possibile esset, quòd charitatem debitam suis clo-

gis celebrando, aliquam possem in cordibus  
 vestris illius accendere scintillam, libenter me-  
 torum adimpenderem, & superimpenderem.  
 Et quid autem ad huiusce virtutis, quae est  
 omnium aliarum Regina, prerogativas expli-  
 candas in medium adduci poterit? Sanctorum  
 Patrum haec de sententiam audiamus. Dicit  
 igitur in primis S. Augustinus, quòd *sola chari-  
 tas est, quae vincit omnia, & sine qua nihil valet  
 omnia, & quae ubicunque fuerit, trahit ad se om-  
 nia.* S. quoque Gregorius huiusce eam verbis com-  
 mendat: *Tunc ad alta charitatis mirabiliter sur-  
 git, cum ad ima proximorum se misericorditer as-  
 trahit, & quae benigne descendit ad infima, va-  
 lenter incurrit ad summa.* Hugo (ut ceteros fa-  
 stidii cavendi causa intermittam) ait: *Nescio, si  
 quid majus in laude tuadicere possim, quam  
 Deum de caelo traheres, & hominem de terra ad  
 calum elevareres. magna virtus tua, ut per te usque  
 ad hoc humiliaretur Deus, & usque ad hoc ex-  
 saretur homo. Denique omnes alias, quae adduci  
 possent prerogativas, in hac unica & sola breviter  
 concludamus, dicendo, quòd in ea Divini-  
 tas quaedam relucet, quae nulla alia altitudo  
 major inveniri poterit. Dicit enim S. Evangelis-  
 ta Joannes: *Deus charitas est, & qui manet in  
 charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Cum igitur  
 sacri Theologi doceant, quòd *Deus sit om-  
 nia in omnibus.* Unde S. Bernardus dicit: *Deus  
 ubique, aequaliter totus est per suam simplicem sub-  
 stantiam.* Et Magister Sententiarum: *Deus in-  
 quit, est ubique in omni creatura, essentialiter,  
 proportionaliter, & potentialiter, ac proinde insit  
 cum caelis, cum Sole generat, germinat cum  
 herbis, cum arboribus & plantis, fructificat, cum  
 terra producit, discurret cum hominibus, cum  
 Angelis intelligit, & sic consequenter de omni-  
 bus aliis creaturis discurrere licet; sequitur pro-  
 fecto, quòd talis quoque sit charitas; charitas  
 enim efficit, ut quis infirmus sit cum infirmis,  
 captivus cum in carceratis, cum afflicto angu-  
 stiat, pauper cum mendicis, sitibundus cum  
 sitibundis, cum famelicis sit sine pane, si fuerit  
 cum nudis, ac proinde prospiciat nudis, vestien-  
 do eos; succurrat famelicis, pascendo illos; sub-  
 venit sitibundis, potu illorum extinguendo si-  
 tim; mendicos juvat, eorum subveniendo ne-  
 cessitatibus; afflicto erigit, ad patientiam illos  
 exhortando; captivos consolatur, eorum pro-  
 curando libertatem; infirmos fortificat, submi-  
 nistrando medicinam, & charitatem de horum  
 numero S. Paulus se esse declaravit, dicens:**

Bedā in  
 Cathed.  
 D. Thom.  
 in cap. 21.  
 Luc.  
 Ioan. Ant.  
 Abul. in  
 Epist. ad  
 Philip. cap.  
 2. v. 1. ad  
 art. 4. n. 3.  
 fol. 103.

Nam cum liber essem, omnium me servum feci, factus sum Iudaei tanquam Iudaeus, his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, ut eos lucrifacerem, factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Actandem postea concludit; Omnibus omnia factus sum. Quasi dicere vellet, utinam acciperetur & Anselmus: Omnibus omnia factus sum non mentientis actu; sed compatiens affectu, sed non omnia mala omnium fallaciter agendo, sed aliorum omnium malis omnibus, tanquam si una esset, misericordiam medicina diligentiam procurando O divinam Pauli charitatem! O Paulum in exercitio charitatis, ut ita dicam, vere divinum!

11 Trium illa coronata Orientis capita leta nocere nati Regis Iudaeorum nuncia mox ut redderet, subito ab Orientalibus Regnis suis eandem Regem adoraturi recesserunt; abeunt ignem quasi deaurata apes, ut illum visitent horre, quo caelestis gratia liquores libare sperant. Cumque vix iter aggressi essent, sublevarunt in aere stellam quandam vident, adeo lucidam ut respicentem ut Solem adaequare, si non leperat, possent, de qua postea Magi dixerunt Manabzi secundo Vidimus stellam eius in Oriente. Haec autem parvula eius ad Deum referunt, quasi dicens: Vidimus stellam Dei, ac proinde subjunxerunt. Hoc signum magni Regis est, id est, stella ista est stella Regis caelestis & Dei omnipotentis. Scire autem hoc loco percipetem, ex quo antecedenti hi Orientales Magi haec dicerent consequentiam, quod stella ab eis visa, Dei stella sit. Num forte prima stella fuit, quae unquam in aere apparuit. Anno Millesimo Quingentesimo Octuagesimo septimo visa est in Cassiopeia diurno tempore stella quaedam in aere flammivoma, nec tamen stella haec stella Dei dicta fuit. Conimb. libro primo de Caelo, capite tertio, quaestione prima articulo quarto. Deinde nunquid omnes aliae stellae sunt stellae Dei? Ad haec ex quo Philosophi fuerunt, nunquid satis clare iudicare poterat stellam hanc ignitum aliquem vaporem esse? Imo verò quo in doquidem Astrologi fuerunt, facilius existimare poterunt, ipsam stellam quandam errantem esse, vel etiam stellam fixam, sed longo tempore absconditam, tandem vero post multos annos detectam. Cur igitur stellam hanc supra omnes alias honorandam stellam Dei vocarent? Respondet sanctus Petrus Chylogostomus. 256. hoc nomine illos hanc stellam appellasse, quia illam divinis vi-

debant obsequiis dedicatam: Cernunt nam Dei obsequiis mancipatam. Vnde Sanctus Maximus homilia quarta de Epiphania. Bene, Eius, quia quamvis omnes ab eodem creatae stellae ipsius sint, haec tamen proprie Christi erat. Et quidem tamen multae huius adduci possunt rationes, ingrati tamen vobis nequaquam suam esse existimo, illam, quam Scriptor quidam modernus in medium adducit. Audite igitur eandem: Magi è Civitate sua abiecerant mente ambigua & pedetrotulo consistebant, nescientes quam ingressuri viam essent, ut locum, in quo noviter Rex natus erat, invenire possent. Et ecce protinus stella quaedam se eis exhibet, hunc illis charitatis actum se praestitura, ut viam doceret, & in eum usque locum, ubi invenendus erat Dominus, ducatum praestaret: Hinc igitur aliam conclusionem facere non poterant, quam quod stella abs se visa Magni Regis gloriae stella esset: Hoc signum Magni Regis est, seu stella Dei est? Vidimus stellam Dei, per hoc innuentes quod quisquis charitatem erga proximum exercet, plus divini, quam humani in se commonstret: Stella quae cum esset in caelo ac loco sublimi, humilibus non enavit hominibus in terra degentibus famulari, haec esse non potest nisi stella Dei, ex Deique halitu veniens. Joan. Sylveira tomo primo, libro secundo, capite quarto, quaest. 12. num. 45. fol. 251. col. 2.

14. Audio quidem Latronem apud Lucam in Crucem confixum per spem sibi metipsum erigere, atque ad Christum confugere, rogando: ut postquam in regnum suum gloriosus & triumphabundus ingressus fuerit, benignam sui velit habere memoriam, dicens: Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum, Lucæ 23. Verum tamen admittor Latronis huius temeritatem; Tunc enim, O Latio, gratiam exposcere audes ab eo, qui aliud quam eum offendere non fecisti? Verum quidem est, ipsum esse misericordem, actamen & iustitia suam ab ipso debitum requirit, quod offensor pietatem ab offenso postulet, requiratque ab eodem subsidii suffragium, nimis evidens quaedam est temeritas quod Regnum caelorum fibi dari postulet, cuius scelera & torquitates vix expiari possunt per infernum, res paradoxa videtur. Vnde & Sanctus Ioannes Chyostomus in Cat. Divi Thomae in capite vigesimo tertio Lucæ text. septimo folio 134 col. secunda illud admiratus, dicit: Mille malis imbutus postu-

D

Handwritten notes in the right margin, including 'X' and '15'.

Psolerti Quatragesimo.

les iustitia fontem remissis tua nequitia? Magnus Pontifex sanctus Gregorius in catalogo Divi Thomae ibidem opusatur, latronem ad similem petitionem faciendam inductam fuisse, quis ex illius actionibus eum Deum esse animadvertit: *Fidem namque habuit, qui regnaturum Deum credidit, quem secum pariter morientem vidit.* Sed dices, imò si Deum ipsum esse credidit, tunc te potius & trepidare debebat, utpote sciens, quando ab eo iuxta delictorum suorum mensuram castigari posset. Verum enim verò lecto hic hunc in modum secum est ratiocinatus: si Deus est, ergo habebit charitatem, imò ipsissima charitas erit, cum Deus à charitate præscindi non possit. Charitas etenim in Deo nihil est aliud, quam sua Divinitas: Unde sicut Deus sublatâ sua Divinitate, non potest esse Deus, ita nec Deum dare potest, quin habeat charitatem: Quia quisquis Deum dicit, summam & infinitam charitatem exprimit. Charitas autem non est charitas, nisi proximi necessitatibus comparatur; ergo Deus nequit esse Deus, nisi miserabilium ærumâis sublevandis charitative subveniat; tuac præcipue, quando debitum ad eum habent refugium. O quam efficax argumentum in enthymatis forma lecto hic in crucis cathedra efformavit! dicere enim intra semetipsum videbatur: Crucifixus iste infallibiliter Deus est, ergo continere se non poterit, quin se charitativum erga me exhibeat, præstans auxilium, quod ab ipso desolo, prout & scriptum est: *Lucæ vigesimo tertio: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* O quam inestimabile est charitatis pretium, & ingens dignitas, à Divinitate inseparabile esse! Velatque in Epistola ad Philipp. capite secundo, versus primo ad not quarto, num. 2. *Videat hinc latronem in cruce pendentem, cum primùm ei Divinitatis Christi lux assulset, sic animosè atque secure regni participationem ac remiam possu-*

15. Nuptiis in Cana Galilææ celebratis, quibus ipsemet Dei Filius, ejusque sanctissima Mater MARIA, una cum Apostolis assistere, notabilis accidit vini defectus, ac proinde Virgo filio dixit, Joannis secundo: *Fili, vinum non habent.* Dominus autem in Genitricis sue preces non condescendere non valens, ministris præcepit, ut hydrias aquâ replerent:

Implete hydrias aquâ, & impleverunt eas aquâ ad summum: Architectonicus autem ad hydrias accedens, calicem una manu, alterâ verò hydriam contempnit, & contentum liquoris calici infudit, videntisque liquorem hunc aded rutilanti esse colore imbutum, ætonicus hæsit, & ipsimet oculis fidem adhibere non potuit, donec & gustum suum in consilium adhibuisset, calicem igitur hians, tam gustum, quam oculum veterasque liquorem in vinum conversæ testes invenit: Unde lætari non minus, quam stupefacti hæserunt, quotquot hujus miraculi fuerunt spectatores. Sacer autem Evangelista Joannes miraculum istud describens: *Hæc fecit initium signorum IESVS in Cana Galilææ, & manifestavit gloriam suam: Quasi diceret: Hæc actione Christus gloriam suam palam fecit effusuram: Verum, inquires, quænam est hæc gloria, quam manifestavit? Nimirum sunt multi Scriptores, præcipue verò Dionysius Carthusianus ibidem articulo septimo, folio 163. columnâ octava, littera H. explicat: *Manifestavit suam Divinitatem: id est, notificavit Divinitatem suam in carne latentem, quasi diceret: Divinitas, quæ antea sub lateatissimæ humanitatis suæ chlamyde tecta & abscondita erat, per hæc actionem miraculosam manifestè se prodidit. Verum dicat non-amo, fecit Christus tot alia miracula, & tamen per illa Divinitatem suam manifestasse nunquam dicitur: Cur igitur manifestasse dicitur in isto? Videamus an deprehendere possimus mysterium. Dei filius in remotioris solitudinis cujusdam deserti horridas silvas ingreditur, ut xis locum quendam seu campum Marti eligeret, in quo cum Satana inimic suo præliaretur: Matthæi capite quarto, *Dicitur est Jesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo.* Qui, uti mihi imaginor, apprehensa cani & venerandi senis cujusdam specie, sub vili & radi habitibus sublevarat abscondebatur suæ malitiæ: In vultu quidem compassionis referebat effigiem, in corde autem malignitatis claudebatur quintam essentiam, atque extrinsecus omnino oppositum exhibebat illius, quod in interiori animo conservabat conclusum. Salvatori autem, postquam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus jejunasset, propinquier factus hinc utique dolo & malitia plenis verbis illude-**

ne voluit. Quidam obsecro erroris commi-  
 sisti, quod punitentiam à te exigas adeo se-  
 veram? Num occidere vis temetipsum? Er-  
 ras profecto, erras, pietas enim Dei vel u-  
 nico dantur suspirio, satisfieri sibi per-  
 munit. Verum quid dico, erras? Si enim  
 Dei filius es, quod equidem ignoro, li-  
 cet hoc tibi nomen per universum mun-  
 dum acclametur, procul utique ab omni  
 es errore remotus. Quo igitur sine cum  
 tanta abstinentie asperitate innocens cor-  
 pus tuum macerare contendis? Consum-  
 ptum meam, labentemque & proveciam  
 hanc atatem herbis, radicibus, & unda  
 pua inter hæc rupes scaturiente enutri-  
 vi. At vero quadraginta diebus, & qua-  
 draginta noctibus continuus sine ullius ci-  
 bi assumptione jejunium producere, est sibi  
 studium, & data opera vitam ad-  
 mittere, ac proinde ipsissima pietas, tui com-  
 plodere ob tam longas abstinentias com-  
 mota me humulavit, ut hinc te conveniens,  
 statim tibi consilia suggererem. Pauper-  
 tas mea, quam proficitor, adeo est extre-  
 ma, quod pro tui restauratione huc ad-  
 ferre potuissim: Qui adfert quod potest, ad-  
 plura non tenetur. Hæc itaque penes me  
 certos quosdam lapides, quos Jordanem  
 transfundendo collegi, tibi si verum est, te  
 Filium DEI esse, uti dicunt) nihil est faci-  
 lius, quam ut illos in panem transmutes:  
 Matthæi quarto, Lucæ quarto: *Si Filius  
 Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Verum  
 est quidem, quod Filius Dei hic in deserto  
 miraculum non fecerit, commutando lapi-  
 des in panes, sicut in nuptiis Canæ in Ga-  
 lilæa aquam convertit in vinum. Verumta-  
 men dato, quod miraculum istud fecisset,  
 credidimulne Evangelistas dicturos fuisse,  
 quod Christus in tali miraculo manifestavit  
 gloriam, id est, Divinitatem suam? Dicitur  
 sic, illos id procul dubio fuisse affirmatu-  
 ros, quia tantumdem importat è lapidibus  
 panem facere, quantum est ex aqua face-  
 re vinum; imò major reperitur disparitas  
 inter lapides & panem, quam aquam inter  
 & vinum; in necessitate enim aqua etiam  
 sibi extinguenzæ subservire potest; ac verò  
 ad famem extinguenzæ lapides minimè con-

ducunt, five cœcti fiat, five trudi. Et ta-  
 men Rupertus Abbas Tuitiensis dicit, quod  
 si Christus prædictum quoad lapides miracu-  
 lum fecisset, dici minime potuisse, quod  
 per tale miraculum Divinitatis suæ gloriam  
 manifestasset: *Forse enim putas, quia glo-  
 riam manifestasset, si ad eius dictum lapides  
 facti fuissent panes; sicut in eo gloriam suam  
 manifestavit, quod ad eius nutum aqua in  
 vinum versa est.* At verò meritò inquireas,  
 quænam hujus disparitatis sit causa? Hæc  
 videlicet, quia in deserto propriis attulisset  
 necessitatibus metelam, ac proinde ibi Non  
 manifestasset Divinitatem suam: In nuptiis  
 autem proximi necessitatibus prospexit, ecce  
 charitatem! Dicere igitur debebat: *Manife-  
 stavit charitatem suam; quod tamen non  
 fecit, quia dicit, Manifestavit Divinitatem  
 suam; meritò autem ita loquitur, quia idem  
 est Charitas, quod Divinitas.* Joannes Syl-  
 veira tomo secundo, libro quarto, capite  
 primo, quæstione trigesima tertia, num. 132,  
 folio vigesimo nono. *Si Salvator in conver-  
 sine lapidum potentiam suam ostendisset, ut  
 Diabolus petebat, cum inde nullus ad hominum  
 salutem fructus haberetur, gloriam suam mani-  
 festasse non diceretur: hæc enim tunc maximè  
 publicatur ac declaratur, cum commodum no-  
 strum atque utilitas intervenit.* Cuius legitur  
 Christum imitando Divinitatem vestram  
 testari non possitis, ad minus humanitatem  
 vestram cum Evangelico Centurione de-  
 monstratis, pauperibus per elemosinam  
 subveniendò.

PARS SECUNDA.

16. VERUM quidem est, charitatem erga  
 omnes egenos exercendam esse, ve-  
 rumtamen, præcipue exhibenda est infirmis;  
 atque idè sancta Mater Ecclesia casum  
 præsentem Centurionis erga servum suum  
 nobis proponit, huic verbis expressum: *puer  
 meus jacet in domo paralyticus, & mala torque-  
 tur.* Dicere solebat Seneca Epistola 65, Na-  
 turam humanam ingens quoddam corpus ef-  
 fic, nosque omnes illius esse membra: *Mem-  
 bra sumus corporis magni: Una corporis no-  
 stri parte inhumante, mirum est, quanta*  
 cum

MANIFESTAVIT DIVINITATEM SUAM  
 IN NUPTIIS CANÆ  
 X

cum charitate cætera membra ei auxiliando infirmantium tantus amicus, ut quotidie infuecurrant; cur igitur nos erga pauperulum fallibiliter post Missam, & quotidianas orationes suas, ad visitandum infirmos concesserit, eosque discursibus & colloquiis spiritibus edificaret; dum nunc eos ad suam voluntatem cum divina conformandam dispo-

Ulpianus Trajanus Chirurgus cuidam infirmo sicut, nunc ad patientiam cohortatus fuit, & in quovis occurrenti casu consolationes subministravit. Quod si nonnulli medicinas, sibi exiit, & aliquot in partes discidit camisiam: Horatius Turfelinus libro quarto Epistoliarum historicarum, in vita Ulpianus Trajanus: *Subiucula sua non pepercis, fasciasque inde multas fascias Chirurgus consignavit, ut deinceps in alligandis infirmi vulnibus, iis utendi facultatem haberet: Idemmet Alexander erga Lyfimachum præstitit fasciam quandam, Regiæ dignitatis legnum, è diademate, quo vertex eius redimitus erat, tollendo, ut eidem curando recepto, in fronte vulneri usi esset: (Alexandrum Magnum legimus quandoque sibi diadema detraxisse vulneri obligando, quod in fronte acceptat Lyfimachus;)* Scribit Cælius Rhodiginus libro vigesimo quarto, capite sexto, folio nonagesimo vicesimo secundo. Joseph Speranza de beneficiis, folio ducentesimo nonagesimo quarto, pagina centesima quinquagesima tertia, columna prima, libro Decretalium. Henrico Angliæ Rege per ferrum quoddam veneno imbutum vulnerato, vulnus ejus à Medicis judicatum esse plagam esse insanabilem & mortalem, cui medendo unicum tantum excogitare potuerunt remedium, videlicet, ut aliquis os vulneri adhibens, venenum exsugeret, quocum Regi vitam, sibi mortem conciliaret. Pientissimus autem præfatus Rex morti potius se subicere, quam simili remedio uti maluit. Dum autem nox pariter & infirmitas aliquantulum Regi requiem & somnum indulgerent, Regina charitate plena, ad infirmum clam ingressa, soluto cum dexterritate vulneri os suum applicuit, unaque cum veneno sibi metipsum mortem exfluxit, maritum verò è mortis manibus ereptum, sanitati restituit. Oratum & unicum charitatis exemplum! Quid de Henrici de Urmatia charitate dicemus? Jordanus de Saxonis in Vitis Fratrum, libro primo, capite primo, folio nonagesimo octavo. Bonus etenim hic Dei servus adeo erga infirmos erat affectuosus, &

infirmantium tantus amicus, ut quotidie infuecurrant, & quotidianas orationes suas, ad visitandum infirmos concesserit, eosque discursibus & colloquiis spiritibus edificaret; dum nunc eos ad suam voluntatem cum divina conformandam disponeret, donec eos promptos reddidisset ad sumendum quicquid illis utile esse poterat, & ut Beatus noster Jordanus de Saxonis ibidem ait: *Tantam pietatis humanitatem ad infirmos habuit, ut sæpe cibum vel potum, quem infirmus horrebat, ipse primus coram eo sumeret, ut vel sic infirmus audacius & libentius sumeret, quod ministrabatur.* In d. leprosum quendam omnibus abominabilem mensæ suæ accumbere, atque ex eadem lance manducare, nec non ex eodem crateri bibere fecit: (ut vel sic minus abominabilem fratribus redderet,) scribit supradictus Jordanus.

17. Postquam benignissimus mundi Salvator in Civitate Capharnaüm appulisset, domum quandam ingressus est; in qua ad eum videndum & autculandum tantus congregatus est populus, ita ut non caperet neque ad ianuam, inquit sanctus Marcus cap. secundo. Nonnulli, quia aliquam virtutis suæ & miraculorum alibi patrarorum habebant notitiam, certum quendam infirmum paralyticum oppressum, lecto impositum, coram eo meditabantur deponere, ut reconvalerent gratiam ejus voluntate & iussu reciperent. Ad fores autem domus venientes, tantam effundunt hominum multitudinem, ut domum ingredi impossibile esset; quapropter inter se congregati, de eo, quod optimum factu esset, deliberare cœperunt, dicebant: Turba hominum ingens est, Deus autem novit, quando hæc è domo se recipiat? fieri posset, ut beatus Dominus discederet, & ecce amissa erit boni sperati eventus occasio; Cum igitur aliter facere nequeamus, opem precium est, lectum conscendere, idemque eò usque discooperire, donec spatium fiat, per quod paralyticus subnibus coram eo demitti possit. Dicitur, factum: *Et cum non possent eum offerre illi paralyticus, nudaverunt lectum, ubi eras, & patientem*

facienti submersum grabatum, in quo paralyticus iacebat. Res profecto nova admodum, admirabilis, & inaudita! nudat: rectum aliquod ad demittendum in lecto iacentem in hunc modum? Nunquid considerare poterat, fieri facile posse, ut pars quaedam t. gula vel lateris decidens, nonneminem eorum, qui subtrus ad acculandum Dei filium consistebant, occideret? Nudaverunt tectum, inquit V. Hor. Antiochensis, affertantes infirmum, rem miram & necem aggressi sunt: tanquam maxime a tali lassitate hominis, per scilicet ascendunt ad nos; id quod tamen recte consideranti mirum esse non debet; siquidem ad id illos erga proximum charitas obligabat, ut nimirum eorum tentarent viam, nec ullum praeirent modum, quantum vis difficile, dummodo ad proleptandum infirmo sanitatem opportunam esset. Erant enim repleti spe in Deum, & charitatem proximum, inquit P. Joannes de Sylvestro Carmelitanus, tom. 2. lib. 4. cap. 26. quæst. 4.

18. Postquam totius universi Salvator Simonem locum à febre maligna liberasset, ex hoc miraculo tracti, Omnes qui habebant infirmum variis languoribus, ducebant illos ad Iesum, Luc. 4. Cælestis autem medicus manum super infirmorum capita extendens, eos curabat, omne ab eis malum propulsando: At ille singulari manu imponens, curavit eos. Sanctus Dionysius Carthusianus pulchram hoc loco difficultatem movet, dicendo: Cum Christus unico donaret voluntatis suæ actu omnes illos sanitati restituere poterit, quo igitur sine super casualiter caput manus suas imposuit? Videtur enim per hoc demonstrati potentiam & virtutem suam limitatam esse ad operandum solum in virtute contactus. Et quidem per meliorem, ut quilibet hic pro suo libitu loquatur veritatem mihi dicendum videtur, dolere caput contactus, quosdam esse charitativi cordis, nec non manus à pietate erga infirmos motæ effectus, eosque nullo alio finitissimos, quam ut nobis darentur documenta charitatis erga infirmos, ut scilicet omnem moveamus lapidem ad illos curandos, aut sublevarios, quantum vis nostro cum incommodo id fieri debeat. Infirmos, ut qui solo imperio Carthagi: sine contactu curavit curare, sed singulari manu imposuit, ut suam charitatem & compassionem ad languidos & egenos ostenderet. Iaias Pro-

pheta Redemptoris nostri futuras proprietates prævidens, illum ex progenie Jesse, & Mariæ Virginis, veluti florem quandam, progerminandum esse prædixit hisce verbis: Egredietur virga de radice Jesse. & flos de radice eius ascendet, Iaias 21. Nati vero Salvatoris nomen esse voluit JESUS NAZARENUS, quod idem est, ac floridus: & in sacris Canticis à semet ipso flos appellatur: Ego flos campi, Cant. 2. idque non alia de causa, ut existimo, quam quod in se omnes continet liquores, unde pro quovis infirmitatis genere fieri antidota possunt, insinuare nobis volens, nomen suum factis correspondere, dum sanitatem adfert infirmis, & de hoc quidem gloriatur; unde Hugo Victorinus in Mile. lib. 4. num. 1. in tit. 16. Virgo DEI Genitrix virga est flos filius eius, quàm bene, quàm recte dicitur flos, quia ex virga Virgine producit in flore itaque est mellificatio, ex flore fructificatio, ex flore sapor & fructus. O quot dulcedines ex hoc flore libat apes sanctitatis & postea subiungit Hugo: Si parva sunt ista, addo, quod & in flore medicamenta. Ex hac medicina sanitas sempiternæ incorruptibilitatis.

19. Lucæ 16. moritur Lazarus mendicis, eumque in Abraham sinum Angeli deferunt: Factum est, ut moreretur mendicis, & portaretur ab Angelis in sinum Abraham. Cur obsecro non in sinum Isaac, Jacob, Moysis, aut aliorum? Item cur inter tot mortuos desolo Lazaro, non verò de aliis, eum in Abraham sinum receptum fuisse dicitur? Ad utramque difficultatem simul respondetur, Lazarum mendicum & infirmum fuisse: Erat quidam mendicis nomine Lazarus, ulceribus plenus. Dignissima etenim Abraham professio, in qua omnium industria se exercebat, erat charitas erga pauperes & egenos; his namque adeo inclinatus erat, ut etiam in altero mundo totaliter contentus esse non videatur, nisi in hoc erga Lazarum pietatis officium exercebat; id quidem mihi doctrina S. Petri Chrysologi, nec non doctissimi Carthusiani perluadet. Dicitur, inquit, sinus Abraham, propter hospitalitatis officium, in quo Abraham fuit excellens, ita quod & nunc se beatum quasi non crederet, si in superna gloria à suo cessaret hospitalitatis officio. Et tamen huiusce virtutis nos adeo infirmi inimici sumus, nomen habemus Christiani, id est, charitativi, nec tamen in nobis vel minima reperitur charitatis umbra.

D. Bern. serm. 2. de Adventu Domini.

D. Chrysologus, & Dion. Car. in c. 16. Luc. art. 39.

Virgo DEI Genitrix virga est flos filius eius, quàm bene, quàm recte dicitur flos, quia ex virga Virgine producit in flore itaque est mellificatio, ex flore fructificatio, ex flore sapor & fructus. O quot dulcedines ex hoc flore libat apes sanctitatis & postea subiungit Hugo: Si parva sunt ista, addo, quod & in flore medicamenta. Ex hac medicina sanitas sempiternæ incorruptibilitatis.



umbra. Quot pauperibus, qui potius ex languore & penuria victus, quam ex ardore febribus moriuntur, per nihilum quasi subvenire possemus, & tamen omni christiana charitate seposita, miserè illos perire permittimus? De pauperibus attamen loquor; nam si dives aliquis infirmetur, qui multas post se reliquas est facultates, eujus copiosi sunt reditus, si vel minimam hereditatis spes affilgeat, & quot circa ipsam charitativi reperiantur, qui certatim ad eum visitandum accurrunt, intentione nescio an dicere debeat, dandi infirmo; an verò ab eo accipienda solatia: Quòd si verò pupillus aliquis superstes remaneat, aut filia quædam nuptui tradenda superstit, in malam hi crucem abeat, aut mendicando stipem ostentium colligat. Infirmatur Joram, quia verò dives & opulentus erat, 4 Reg. 8. Rex Ochozias personaliter eum visitare non fuit dignatus. 4 Reg. 20. Rex quoque Ezechias in infirmitatis lecto graviter decubebat, 4 Reg. 20. quem Rex Syriæ summo cum studio per suos visitari; eique præclara mittere munera præcipiebat. Infirmatur quoque pauper ille Ægyptius, & deservit ab omibus moriatur licet fame & siti; nemo tamen est, qui velatque calicem ei porrigat. Confundamur in cordibus nostris, Centurionem Evangelicum hodiernâ die considerando, qui tametsi homo dignitate & imperio conspicuus esset, ei tamen, quem domi suæ habuit, infirmo servo de necessitatibus omnibus prospexit, eumque affectu patris gubernavit, nec non pro impetranda ei sanitate Christum in persona propria convenit.

20 Quòd si perspicuum nobis esset, quanta nobis merita infirmis nos totaliter impendendo conciliemus, essentque meritorum comparandorum cupidi, cuius utique infirmitatum curandarum occasione obviam procedere curarem. Religiosus quidam, ut scribit B. Iordanus de Saxonia, senem quendam sanctum Dei servum interrogavit, quid sibi de sequenti casu dicendum videretur: ponamus enim duos esse homines, quorum unus in civitate totus deditus sit orationibus, jejunetque sex septimane diebus, adjungendo totidem disciplinas & macerationes, sitque continuò coram Crucifixo genuflexus; alter verò infirmis inserviat eis ministrando, assistendo, consolando, uter illorum opus facturus est

magis meritorium, aut gratius Deo? Audite sapientissimi Senis responsum: Si frater ille quatuor dies jejunium protrahat, appendas se per mortem non potest equalis esse illi, qui infirmitatibus deservit. Et se advertebat servitio infirmis, est servitium Angelorum; Angelorum enim est servire Christo. Et infirmus frater repræsentat Christum. S. Joannes, qui Minor dicebatur, infirmo cuidam ob deceptam ætatem impotentem, & ex corporis affectu fastidioso, 12. solidos annos inservivit, nec tamen bonum aliquid aut gratæ mentis significativum verbum ab eo accepit: morti autem vicini Senis manum apprehendit, dicendo: Senus sis, sanus sis, sanus sis, cui senex in multorum circumstantium presentia subjunxit: Angelus es, non homo, qui tot annis mihi infirmanti servivisti, bonum sermonem à me nunquam audisti. Unde vides quòd infirmorum obsequio se impendere, officium sit Angelicum, imò Angelus quidam est, qui iisdem per verum amorem & charitatem præstito est.

21. Demum verò præsentem discussum per casum quendam a S. Bernardino Senensi in hac forma relatum, terminare constitui. Dicit igitur sanctus hic, quòd si tempore contagionis pauper quidam homo ab infirmitate penitentiali oppressus, derelictus esset ab amicis, parentibus, & omnibus, qui proinde eum veluti bestiam mori sinerent, inops quoque tam corporalium, quam spiritualium subsidiorum, torqueretur ab æstu, siti ardente, seque ipsum conaretur occidere, nihil minus malum mortem, quam quas patitur ærumnas esse existimans: dumque huic malis oppressus auxilium exposcit, nemo esset, qui ipsum auscultaret, imò omnes eum fugerent, ejus obrutus haud secus ac basilisci magno opere formidantes: ac proinde dum infelix hic homo omni se subsidio destitutum, atque ab omnibus derelictum atque desolatam esse videt, periclitari de patientia & totaliter desperare, mortique corporis animæ quoque damnationem adjungere meditaretur. In tali casu, inquit S. Bernardinus, quòd si nullus in ejus adiutorium sese moveat; sed mens consummata à morbo, & ex hoc timore vitam derelinquens, corpus proprium prætonit stritui proximi sui, mortaliter peccato vituperatur. Ratio est, quia simul & mors corporalis & spiritus vitalis contingere potest. At verò postea, quòd in casu

causa tunc miser peccator aliquis gravissimus, daturus, scilicet latro, homicida, concubinariis, omni que imaginabili iniquitatis specie conquisitus, compassione in corde tactus, et adque charitate motus, ob zelum salutis cordis, magis verò ob timorem, quo animam illam damnat, metuit, ad ei subveniendum accurrat, consolando, & exhortando illum ad penitentiam, alia que ei auxilia verbis & operibus pro vitibus præbendo: si que hisce charitatis actibus cretendis in hystens, ab infirmo eandem qua laborat, contagionem participet, quæ tantillum in viscera sese diffundens, cordis reprobam occupat, ita ut violenta & repentina tandem morte contempit, ne quidem JESU vocem invocandi tempus habeat: *De peccatis nostris non habent satisfactionem cogitare, nec avertere coram (sunt verba sancti) minus que Deo, cui dicuntur, aliam satisfactionem non agunt, sed in hoc sensu decedat: quid de anima ho-*

minis talis dicendum putabimus? Quodnam de illa fecerimus iudicium? Respondit S. Bernardinus: *Bene, melius, optimè sperandum est, quia actus ille charitatis æquivaler penitentiae, contritioni, & confessioni, tanti est meriti apud Deum: Intellige in hac fervida charitate contritionem, confessionem integram, & satisfactionem plenissimam comprehendi. Ac proinde S. Petrus ait: Charitas operit, id est, annihilat, (inquit S. Bernardinus) coram oculis Dei multitudinem peccatorum. Et S. Pater Augustinus de laud. charit. dicit: Habere omnia Sacramenta & malus quis esse potest habere autem charitatem & malus esse non potest. Rogemus igitur Deum, ut nobis det charitatem, ut Centurioni præstitit, dicamusque cum Poëta moderno:*

*O Deus, o qui perpetuis amor ignibus ardes,  
Hæc caleant flammæ pectora nostra tuæ!*

SERMO TERTIVS.  
FERIA SEXTA  
CINERVM.

*Ambrosius, quia dictum est antiquis, &c. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros. Matth. cap. 5.*

**E**rgone condonandum est iis, qui me offendunt? Necesse est a sumptum, & Christi crucifixi legis observantiam eum, qui me persequitur; benedicere mihi detrahenti; eum, qui me morder, osculari; laudare, qui me vulnerat, cumque, qui me vulnerat, clarat, dum ait: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.* Et quidem quantum actio ista ab hominibus nostri temporis contemnitur, tantundem apud præteritorum sæculorum heroes in veneratione fuit, utpote præ cæteris omnibus laudabilior & gloriosior; quia ut sanctus Valerius Episcopus refert: *Vltra felicitatem constans esse victoria, inimicum saluum facisse, nec injuriam vindicasse.* Et sanctus Gregorius ait: *Nil il pretiosius DEO virtute dilectionis.* Unde laudandi benevolentiam, impendens amorem, & bellum preparando: *Imò verò, totum id factum*

*D Valer. Episcopi in quodam sermone. D Gregorius in Epistola.*

Handwritten notes on the right page, including the word "licet" and some numbers like "26".